

rat. Sed id Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens vi-  
sum, repudiatis fiscalibus, propriis sumptibus vivere ma-  
luerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprii publico-  
i sunt, cum oblatam à ceteris collationem respuissent:

Constantio postea defuncto, Julianus ille A-  
postata, qui Augusti nomen contra Constantium  
assumperat, Palladium primum ex magistro offi-  
ciorum in Britanniam exterminavit, Alipium-  
que, qui Britanniam pro Præfecto curaverat, ad  
Hierosolymas instaurandas misit, sed metuendi  
flammarum globi prope fundamenta erumpen-  
tes ab incepto deterruerunt, multaque millia Iu-  
dæorum ruinis sunt oppressa, qui frustra contra  
Dei decretum reluctati sunt. Discinctus hic Au-  
gustus, & barbam tenus philosophus, veritus est  
(ut modo dictum) Britannis afflictis auxilio veni-  
re, cum tamen ad Germanicos exercitus alien-  
dos magnam frumenti vim hinc quotannis ille  
exportaverit.

*Valentinianus Imp.* Cum Valentinianus Augustus ad Romani im-  
periū gubernacula federet, bellicum per univer-  
sum orbem canentibus buccinis, Piæti, Saxones,  
Scoti, & Attacotti Britannos æruminis vexavere  
continuis. Fraomarius Rex Alamannorum huc  
translatus, Tribunique potestate præfectus Ala-  
mannorum numero, qui multitudine, viribusque  
ea tempestate in primis floruit, ad barbarorum  
istorum incursions cohibendas.

*Am.  
Marcel-  
linus lib.  
27. & 28.* Nibilominus Britannia barbarica conspiratione ad ulti-  
mam vexata inopiam, Nectaridus Comes maritimi tra-  
ctus occisus, Bulchobaudes Dux hostilibus insidiis circum-  
ventus. Quibus magno cum horrore compertis, Imperator  
Severum etiam tum domesticorum Comitem misit si fors  
casum dedisset optatum, correcturum fecius gesta: quo  
paulo postea revocato, Iovinus eadem in loca præfetus,

\* Locus  
forte cor-  
rupsus.

*Theodosius.* \* Proventusidem celeri gradu remisit, adminicula periturus  
exercitus validi. Id enim instantes necessitates flagitare  
firmabant. Postremo ob multa & metuenda, quæ super ea-

*Piæti.  
Scoti.  
Attacotti.* dem insula rumores asidui perferebant, electus Theodosius  
illuc properare disponitur, officiis Martiis felicissime cog-  
nitus, ascitaque animosa legionum & cohortium pube, ten-  
debat praeciente fiducia speciosa. Eo tempore Piæti in duas  
gentes divisæ Dicalidonias & Vecturiones, itidemque Atta-  
cotti bellicosa hominum natio, & Scoti, per diversa va-  
gantes multa populabantur. Gallicanos vero tractus Franci  
& Saxones iijdem confines, quo quisque erumpere potuit  
terra vel mari, prædis acerbis incendiisque & captivorum  
funeribus hominum violabant. Ad hec prohibenda si copiam  
dedisset fortuna prosperior, orbis extrema dux efficacissi-  
mus petens, cum venisset ad Bononia littus, quod à spatio  
controverso terrarum angustiis reciproci distinguitur ma-  
ris, attolli horrendis astibus adsueta, rursusque sine ulla  
navigantium noxa in speciem complanari camporum. Ex-  
inde transmeato lentius freto defertur. Rutupias stationem  
ex adverso tranquillam, unde cum consecuti Batavi veni-  
sent, & Heruli, Ioviique & Víctores fidentes viribus nu-  
meri egressi, tendensque ad Lundinum vetus opidum quod

*Londinum  
Augustia.* Augustam posteritas appellavit, divisæ plurifariam globis,  
adortus est vagantes hostium vassatorias manus, graves  
onere sarcinarum. Et propere fusi qui vincitos homines age-  
bant & pecora, prædam excusit, quam tributarii perdidere  
miserrimi. Denique restituta omni præter partem exiguum  
impensam militibus fessis, mersam difficultatibus suis ante  
hac civitatem, sed subito qua salus sperari potuit, recrea-  
tam in ovantis speciem letissimus introiit, ubi ad audenda

majora prospéro successu elatus, tutaque scrutando consilia,  
futuri morabatur ambiguus, diffusam variarum gentium  
plebem & ferociatem immaniter non nisi per dolos occultio-  
res & improviso excursionis superari posse, capti vorum con-  
fessionibus & transfigurarum indiciis doctus. Denique edictis  
propositis impunitateque promissa, desertores ad procinctum  
vocabat, & multos per diversa libero commeatu dispersos.  
Quo monitu ut redire plerique, incentivo percitus, reten-  
tusque anxiis curis, Civilem nomine recturum Britannias Civilis.  
pro præfectis ad se poposcerat mitti, virum acrioris ingenii  
sed justi tenacem & recti: itidem Dulcitium, ducem Dulcitus.  
scientia rei militaris insignem. Postea animi rigore collecto  
ab Augusta præfectus quam veteres appellavere Lundinum,  
cum milite industria comparato solerti, versis turbatisque  
Britannorum fortunis opem maximam tulit: opportuna  
ubique ad insidiandum barbaris præveniens loca, nihilque  
gregariis imperans cuius non ipse primitias alaci cape-  
ret mente. Hocque genere cum strenui militis munia & pre-  
clari ducis curas exploraret, fusis variis gentibus & fugatis,  
quas insolentia nutrienti securitate adgredi Romanas res in-  
flammabat, in integrum restituit civitates & castra multi-  
plicibus quidem dannis affectas, quiete temporis longi fun-  
data. Evenerat autem eodem hac agente facinus dirum,  
erupturum in periculum grave, ni inter ipsa conatus prin-  
cipia fuisse extinctum. Valentinus quidam è Valeria Pan-  
nonia, superbi spiritus homo, Maximini illius exitialis vi-  
carii postea præfecti conjugis frater, ob grave crimen actus  
in Britannias exul, quietis impatiens malefica bestia ad

*Valentinus  
sedatiose  
agit in Bri-  
tannia.*

res perniciose consurgebat, & novas in Theodosium tumore  
quodam, quem solum resistere posse nefandis cogitationibus  
advertebat. Multa tamen clam palam circumspiciens cres-  
cente flatu cupiditatis immense exules sollicitabat & milites,  
pro temporis captu auorum illecebras pollicendo mercedem.  
Iamque propinquante tentatorum effectu, doctus hac dux  
alacrior ad audendum, & corde celo ad vindictam comper-  
torum erectus, Valentini quidem cum paucis arcta soci-  
tate junctissimis letali pena plectendos Dulcitio dediderat  
duci: militari vero scientia qua superabat præsentes futura  
conjiciens, de conjuratis questiones agitari prohibuit, ne  
formidine sparsa per multos, reviviscerent provinciarum tur-  
bines composti. Hinc ad corrigenda plura conversus & ne-  
cessaria, periculo penitus dempto, cum aperte constaret nul-  
la ejus cepta propitiam deferuisse fortunam, instaurabat  
urbes & praesidiaria, ut diximus, castra, limitesque vigiliis  
tuebatur & prætenturis: recuperatamque provinciam qua  
in ditionem concesserat hostium, ita reddiderat statui pri-  
stino: ut eodem referente & rectorem haberet legitimum, &

*VALENTIA* deinde vocaretur arbitrio principis. Area-  
nos genus hominum à veteribus institutum, super quibus  
aliqua paulatim prolapsos in vita à stationibus suis remo-  
vit: aperte convictos acceptorum promissorumque magni-  
tudine premiorum alleatos, quæ apud nos agebantur aliquo-  
tiens barbaris prodidisse. Id enim illis erat officium, ut ul-  
tro citroque per longa spatiæ discurrentes vicinarum gen-  
tium strepitus nostris ducibus intimarent. Ita spectatissime  
antedictis rebus, aliisque administratis similibus, ad comi-  
tatum accitus, tripudiantesque relinquens provincias, ut  
Furius Camillus, vel Cursor Papyrius victoriis crebris & sa-  
lutaribus erat insignis. Et favore omnium adusque fretum  
deductus, leni vento transgressus venit ad commilitum  
principis, cumque gaudio suscepit & laudibus. Ob has  
res tam præclare gestas Equestris statuae honore  
decoratus, ut docet nos Symachus ad ejus filium  
Theodosium Augustum, Familiæ, inquit, vestra &  
stirpis authorem, Africanum quendam & Britannicum  
ducem, statuis equestribus inter prisca nomina consecra-  
viii